desuper inimicum uolitanti sub umbra lnaquis inspecta adprehendere. & oculum perspi
catia fraudem periculi inminentis euadere. Quod & si tu ita prospicere potueris insi
dias diabuli & cauere, sacrificium dō columbae obtuleris. Sed & quib; alia curae sunt
& iam illud requirant ex quibus eis agris simila deb& offerri. ego arbitror quod ex il
lius terrae segitibus. Quae facit aliud centesimum. aliud sexagesimum. alium tricesimū
fructum requirant & iam nisi plus quam deb& curiosum uidetur. quibus molentibus si
mila ista ad sacrificia praeparetur: nec eos lateat duas esse quae molunt. quarum una ad
sumitur & alia relinquetur: ex illis ergo molae quae adsumenda est symilam oportebit
offerre. Sed & siclus scs quia darietis praetium necessarius dicitur: uide unde & quomodo
perquirendus sit. Siclus pecuniae dominicae nomen est. & in multis scripturarum locis
diuersis appellationum nominibus pecunia dominica memoratur. Sed quaedam pro
ba quaedam uero reproba dicetur: proba erat illa pecunia quam pater familias peregre
profecturus. uocatis seruis suis. dedit unicuique secundum uirtutem suam. proba erat
& illa pecunia quae denarius nominatur. qui cum mercenariis placitus est & a nouissi
mis datus est usque ad primos. Scire ergo te oport& quia est & alia pecunia reproba.
Audi prophetam dicentem aurum uestrum reprobum. Quia ergo est quaedam proba
quedam uero reproba propterea apostulos uelud adprobabiles trapizitas. probantes in
quid omnia quod bonum est obtenentes. Solus enim est dns nr ihs xps. qui te huiusmodi
artem possit edocere. per quam scias discernere. quae sit pecunia quae ueri regis imagi
nem ten& quae uero sit adulterina & ut uulgo dicitur extra mon&am formata quae
nomen quidem habeat regis ueritatem autem regiae figurae non teneat. multi nam
que sunt qui nomen xpi habent sed ueritatem non habent xpi. & propter hos dicit apos
tolus paulus oport& enim & hereses esse. ut probati manifesti fiant inter uos. Iudico
igitur & in presenti lectione legis lator totus ad mysticum & spiritalem respiciens sensū.
addidit ut aries iste qui ab hoc comparatur ut peccatum possit absoluere, non qualicumq;
pecunia sed siclo scō conparetur, quod si non respiciebat ad mysterium quid rationis
esse uidebatur ut aries emptus offeretur ad hostiam & certo pretio & non sufficit nomen
pecuniae. siclo nominasse sed addidit. & scō siclo quid si sibi haber& aliquis in gre
gibus suis arietem optimos & diuinis sacrificiis dignos aut quod si aliquis pauper
ess& ut siclum scm habere non poss&. h ec est legis latoris moderatio. ut nisi quis

siclo aut qualicumq;

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD

HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen

Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation

Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991

© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0416